

ra tempora eleganter depingitur. Interim scabini erant iudicii seu Comitatus in iudicio praesidis assessores: qui una cum Comite merum & mixtum in civitatibus olim habuerunt Imperium: Videri potest Winckelmannus in *Notit. Historico-Politica de Vetere-Saxo-Westphalia l. 4. c. 1. n. 41. p. 535.* Vide & Conring. de *Judiciis Reipubl. German. n. 26. & 27.* Quantumvis autem olim major scabinorum fuerit potestas, quam hodie ubi saltem Collegium faciunt, in quo ipsi potestatem habent respondendi de Jure, iudicium tamen non habeant; attamen antiquis temporibus iudicium partes sustinuerunt, & in iudiciis sederunt. Quoniam verò & illi vel hodie in parvis civitatibus, & pagis ad exercenda iudicia adhibentur, inde istius iuramenti utilitas nondum evulvit. Iuramentum parum vel nihil differt à Iuramento antea explicato, ut ita necessum non sit, priora repetere. Illud saltem meretur considerationem: *Numquid remitti illis possit Iuramentum?* Resp. negandò: 1. quia talis remissio materiam delinquendi suppeditaret. 2. Lege publicà provisum est, ut nemini Iuramentum remittatur; *N. 8. & l. 14. C. de Judic.* Ipsi quoque Romani 3. iuramenta non remiserunt, sed ejusmodi Assessores jurare coegerunt. Bernhard. Zieriz. *ad artic. 4. p. 17.*

ARTIC. V.

Astuarii seu scribe in iudicio criminali iusjurandum,

Schreibers Eyd.

Ech N. schwere / daß ich soll / und will in den Sachen / das peinlich Gericht betreffend / fleißig Aufmerckens haben / Klag und Antwort / Anzeigung / Argwohn / Verdacht oder Beweisung / auch die Urtheil des Gefangenen / und was gehandelt wird / getreulich aufschreiben / verwahren / und so es Noth thut / verlesen / auch darin kein Gefärde suchen / und gebrauchen: Und sonderlich / will ich Kayser Carls des Fünfften / und des H. Reichs peinliche Gerichts Ordnung / und alle Sachen dazu dienende / getreulich fördern / und so viel mich berühret / halten / Also helffe mir Gott / und die heiligen Evangelia.

AD ARTIC. V.

ARGUMENTUM.

Hic continetur Astuarii Iuramentum, ut de ejus fide & integritate Iudici & aliis in Iudicio Criminali versantibus de Justitia Processus omni ex parte sit cautum.

EXE-